



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Terram varijs modis, ob hominum peccata, reddi inutilem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

culta. Propter nos amnes fluunt; promanant fontium scatebrae; mare ad negotiandum naues admittit; & fodinis effodiuntur opes. At quid opus est, hac persequi? Deus ipse salutis nostrae causa, inter homines conuersatus est; Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; sol ipse iustitiae medius eorum factus est, qui sedent in tenebris. Vita ipsa venit ad mortem, mortem autem crucis: ob mortuos resurrexit; Spiritus S. charismata distribuit: multiplices coronas promisit; delicias Paradisi; regni caelestis gloriam; & cetera, quae numerari non queant. merito vt exclamemus. Quid retribuemus Domino, pro omnibus, quae retribuit nobis?

C A P V T XVIII.

Varij modi, variisque cause, ob quas terra elementum indolem mutat, & verò, suapte natura immobile, tremat.

Magnam diuinæ beneficentiæ argumentum est terra, cuius muneribus, quia non solum aequissimum est priuari ignauos, sed multò etiam iustius plecti quosdam, qui in ea, in ignominiam Conditoris, viuunt: meritò eadem etiã subinde fit diuinæ iustitiæ & speculum, & instrumentum. In ea enim nonnunquam Numinis ira luculentè apparet. Neque vnus est per illam puniendi modus. 1. Terra relinquetur deserta, ait Prophetes. Vbi nemo habitat, ibi nemo arat, nemo metit. Quae incolae habet, regio, inquit Xenophon, magni pretij possessio est; eademque, si ab hominibus deserta sit, etiam commodis ipsis caret. Terra ergo deserta deserit & ipsa: ac saepe preuenit, vt deseratur. Nam 2. Etiam si sint, qui stiuam torqueant, qui vomere lacunam faciant, qui sulcum imprimant, qui semen iactent; immò qui centum aratris terram vertant, tamen nonnunquam aquae pessima sunt, & terra sterilis. 3. Aliquando aquae penitus nullae sunt, si clausum fuerit calum, & non pluerit, propter peccata mortalium. 4. Aliquando nimiae sunt, vt computrescant semina; & tantae, vt terram non rigent, sed mergant: sicut in diluuiò accidit. 5. Aliquando imbres frigore concresecunt, vt percutiant: sic fata verberantur, longiq; perit labor irritus anni. En pluam cras, ait, hac ipsa hora grandinem multam nimis. 6. Aliquando iam flaua Ceres manus & falcem postulat, cum noxiæ animantes spem propinquam

I.

II.

Isa. 6. 11.

Xenophon.
lib. 4. de Institut. Cyri.

4 Reg. 2. 19.

3 Reg. 8. 35.

Gen. 7. 4.

Exod. 9. 18.

- Exod. 10. 4. quam depopulantur. *Ecce ego inducam cras locustam in fines tuas, quæ operiat superficiem terræ, ne quidquam eius appareat; sed comedatur, quod residuum fuerat grandini.* 7. Aliquando ira in cælis datur, quod residuum fuerat grandini. 7. Aliquando ira in cælis
- Gen. 19. 24. Deus terram cælestibus flammis vastat. Sic Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhæam, sulphur & ignem à Domino de cælo. Nihil utique tunc viruit, in illis campis; in quibus vel ipsa poma, etiam hodie, leui pressu, in vagum pulverem fatiscunt. Nec opus est præce; sole potest mundi Governator solum exurere: quo iubente, aliàs & præsentia huius astri salubriter calefacit, & absentia utiliter refrigerat; aliàs siue absens sit, siue præsens, omnia denudat; ut vel bustû fiant, vel obscurum chaos, & facies nocturna; eclipsi lumen eius obuelante. Quanquam enim ista cælestiâs, etiam in natura causas habent; falsum est tamen, nihil horum Deos facere, nec irâ numinum calum concuti, aut terram; ut Stoicus præsumere animo iussit.
- Senec. lib. 6. nat. q. 9. c. 3. Apud veteres tragædos, Atreo Mycenarum rege, Thyestis fratri suo filium epulandum præbente, fingitur sol, facinoris immanitatem abominatus, radios suos resorbuisse; immò, ne polueretur, aufugisse. Ita tenebris terras operuisse erubeiscentem naturam, canunt Poëtæ, qui sibi videbantur irati Dei offensam nem gravius exprimere non posse. Nimirum, ut pictor excellenti tabulæ à se pictæ cortinam obduxit, ne à futuro, ultra crepidam sapiente, aut alio Momo opus carpente aspiceretur: ita Deus quoque texit olim in Ægypto, nona plaga, terras; &, Filio suo moriente, trium horarum interuallo, cæli lumen extinxit, ut ostenderet, vel naturam pati, vel naturæ authorem; eâque, propter indignos esse mortales, qui lucem, qui orbem, qui orbis Conditorum intuerentur, quem crucifixerunt. Eodem momento dies, aut

II.
Senec. in
Thyeste.

Tertullian
Apol. aduers.
Gent. c. 21.

Tertullianus, *medium orbem signante sole, subducta est. Deliquimus utique, putauerunt, qui id quoque, super Christo prædicatum, non sciuerunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.* Scilicet, quia nihil deformius est peccato, debebat ea deformitas significari, per terram quoque deformatam. Ut enim lux rebus omnibus videtur colorem gratiamque affundere; ita nox, cum die aufert omnem terris venustatem: & velut domum, ob funus Principis in luctum coniectam, pullata atraque facit vniuersam.